

per li tempi siano andati poco inanzi, et la capitanea per 2 volte, secondo ho inteso, in questo viagio ha roto le antene. Li denari che hanno a portar sono 430 milia de quelli del riscato de li figlioli del re, de li quali 10 milia scudi sono per il dito missier Andrea Doria. Soa Maestà ha fato mercede al signor Antonio da Leva del ducato di Canossa et a lo Alarcone del contado di Nola et al signor de Monaco di 5000 scudi, se mal non ho inteso, sopra trate de formenti nel regno de Napoli, et mi par ben haver inteso che il cardinal Doria habi hauto el vescoato de Maiorica, ma non lo dico per cosa ferma. È stata rifermata da Niza la nova de la morte de Barbarossa, dal Giudeo per haverli dato prima un buffeto, et che 'l loco de Algeri restava in man de turchi et mori, et il castello in mano de christiani, li qual se erano andati ad offerire a la imperatrice, però con tuto questo non se li presta ancor fede. Da li castelli de Barbarossa è stata presa una nave biscaina che veniva di Ponente con robe de forestieri, di valuta de 60 milia scudi.

232<sup>1)</sup> *Exemplum litterae Caesareae Maiestatis ad regem Poloniae Carolus romanorum etc.*

Serenissimo domino Sigismundo regi Poloniae etc.

Rescripsimus superioribus diebus ad ea quae Serenitas Vestra de componendo dissidio inter serenissimum romanorum regem fratrem nostrum carissimum, et eius adversam partem ad nos scripperat; dumque eius responsum expectamus ut quid ea in re pro publica salute faciendum esset statueremus, quae huic allatae sunt litterae per dictam adversam partem ad romani imperii ordines scriptae in quibus ut audivimus profitetur se has pacis conditiones quam libentissime accepturum quibus per ipsos ordines lecti a nobis summis precibus contendere ceperunt ut vestra auctoritate ipsum serenissimum fratrem nostrum ad hanc pacem rebus Christianis aequa utilem ac necessariam induceremus. Nos autem quibus nihil unquam magis cordi fuit aut est quam rempublicam christianam a civilibus quibuslibet nedum ab his omnium maximis et periculosissimis contentionibus liberare et in summa pace, quiete et tranquillitate costituere qui que romani imperii ordinum consilio et favore in his totis viribus incumbere statuimus et qui serenissimi fratris nostri animum huic non dissimilem

exploratum habemus sanctissimis romani imperii votis libenter annuimus et cum satis nobis competum sit nullo modo citius aut melius dissidium hoc posse componi quam si ante omnia inter partes ipsas, inducias fiant, armaque cessent idque nullo pacto commodius aut celerius quam medio Serenitatis Vestrae fieri posse videatur. Eius responsione non expectata ut has litteras ad eam daremus ipsis ordinibus visum est idque ad nobis summo opere efflangitaverunt, quam vehementer rogamus ut ea in re totis viribus atque animo incumbat ut partibus ipsi contendentibus industrias seu annorum abstinentiam per unum annum seu aliud tempus veluti Serenitati Vestrae melius expedire indicabit indicat ne dum de pace nondum positis armis agitur novae offensiones atque difficultates suboriantur quae rem aut rumpat omnino aut longius protrahant quod rebus christianis expedit. Nos enim apud serenissimum fratrem nostrum efficiemus ut eiusmodi industrias et cessatione ab armis assentias et equas conditiones non reiciat ita ut nihil iam superesse videatur nisi ut quemadmodum nos serenissimum fratrem nostrum ita et Serenitas Vestra alteram partem ita disponat ut negotium hoc ex vestro et bonorum omnium voto conficiatur; qua in re Serenitas Vestra optimi principis fungetur officio et nobis rem faciet vehementer gratam et Serenitatem Vestram diu feliciter vivere et regnare optamus.

Data Ratisbonae mensis Junii 1532, imperii nostri anno duodecimo.

*De concilio statuum petitio.*

233<sup>1)</sup>

Invictissime Romanorum Imperator domine clementissime.

Cum electorum legati principes ac status de articulo auxilium contra Turcam concernenti quem Maiestas Vestra in primis tractandum petiit iam cum Caesarea Maiestate Vestra concordaverint ita ut de illo iam finaliter conclusum sit, sequitur iuxta tenorem inductionis Maiestatis Vestrae alter articulus discordiam sanctae fidei nostrae concernens tamquam summus et praecipuus in quo uno salus nostra ac communis christianitatis et Germanicae nationis omnis posita est. Quem electorum legati, principes et status in manus acceperunt fideliterque et diligenter super eo consilia inierunt et cum expendant in memoriamque reducant quanta mala ex hoc dissidio fidei et incommoda ex eo tempore quo

(1) La carta 231<sup>1)</sup> è bianca.

(1) La carta 232<sup>1)</sup> è bianca.